

*Hippocrates Chymicus. 29*

amplius ab impostoribus, sophi-  
stis & deceptoribus circumueniri;  
imò hac methodo poteris ope-  
rando, & libros scribendo per  
omnia tria regna, Animale sci-  
licet Minerale & Vegetabile, in  
hac naturali Hippocratica vera  
& antiquissima philosophia, re-  
cto tramine progredi sine errore  
vllò in infinitum, nec seduci, vt  
in progressu fateberis.

*medicinam  
spectat, quin  
Hippocrati-  
câ hac me-  
thodo, ma-  
nifestum  
fiet.*



*Qui bene distinguit, bene  
docet.*

C A P V T VII.

**P**Ro maiori lumine & intel-  
ligentia, operæ pretium erit  
alcalium differentiam, & quid  
sit contrarietas, vel acidorum  
absorptio & imbibitio, priùsquam  
progrediar ad oculum demon-  
strare.

Sunt autem, vt dixi, varij  
gradus & species salis alcali fixi,



*Segnèus  
irritant ani-  
mos demif-  
sa per aures:  
quamquæ  
sunt oculis  
subiecta fi-  
delibus.*

vt tartari singularis priuilegij, ti-  
liæ, coryli, & omnium quercuum  
genera, quæ in Noruegia, Li-  
thuania & Moscouia in desertis  
ex viridibus lignis in cineres al-  
calizatos exuruntur: item omnes  
herbæ calidæ & oleosæ, vt ros-  
marinum, lauendula, ruta &c.  
omnia vnico verbo acidis sunt  
contraria, illorumque destructi-  
ua, quorum differentiam osten-  
dit sequens mechanica.

*2. Hipp. libr.  
1. de diata.*

*Dissolue* vnciam & semis Mer-  
curij sublimati ( qui ex acido &  
alcali in salsum est mutatus a  
permixtione ) in aquæ commu-  
nis distillatæ vncijs quinquagin-  
ta; in particulam huius claræ  
solutionis guttatim, sed celeri  
lapsu, stilla alcali tartari fixum;  
( est liquor tartari sponte resolu-  
tus, qui in momento diuidit com-  
positum ) absorbet acidum, &  
Mercurius illic ò petit fundum ob-  
scure rubens.

*Alcalium  
fixorum mi-  
ra differen-  
tia.*

Ex aceti fecibus calcinatis, eli-  
citur cum aquâ alcali tartari, &  
licet ex eadem viti cum vino pro-



¶ *Hippocrates Chymicus.* 36  
ductus, Mercurium tamen præ-  
cipitat rutilantem & splenden-  
tem.

Cum verò idem alcali arte ad  
rubedinem calcinatum fuerit,  
tunc cadit idem Mercurius, ut  
cinnabaris contritus.

Tartaro exuto si calcem super-  
addis, & alcali extrahes aquâ  
simplici, tunc Mercurius cadens  
rutilat.

Ex herba Cali extractus, Mer-  
curium præcipitat multò obscu-  
riorem priori,

Lixivium, quod saponarij Ma-  
gistram vocant, quod constat ex  
calce & alcali quercuum, dat  
Mercurium obscure flauentem.  
Ex Hispania adfertur alcali, in-  
certum quidem, vtrum simplex  
an compositum, Mercurium ta-  
men præcipitat fului coloris.

Cum verò idem Mercurius  
præcipitatur, alcalibus ex herbis  
cephalicis, ut rorismarini, lauen-  
dulæ &c. hæc quidem sunt alca-  
lia, sed non cinerum ut priora,  
at multò volatiliora; hæc, in-



quam, deijciunt Mercurium rubidum lucentem.

Qui non gustaverit salium saporos, nunquam perveniet ad optatum fermentum, inquit Rosarij Author.

Sic chelidonia habet alcali mirabile ( vt non sine mysterio laudetur à Paracelso & Lullio eius quinta essentia ( quam tamen cœli donum existimo) id est huius salis spiritualis alcalisatus liquor &c. ) & deijcit Mercurium rubicundissimum. Vasculum hoc ex incuria neglecti, neque lauare iussi; post mensem circiter, in liquoris summitate effloruit color aureus chelidonei flore non absimilis ( striarum more coaluit vt vitrum ) non sine spectantium admiratione.

Exempla hæc docent alcali, quò ignipotentius, tantò obscuriorem cadere Mercurium, eò quod in ipso absorptionis puncto igneum alcali ferit eius sulphur, fulguris instar; quò autem longius ab ignipotencia recedunt, tantò lucidior cadit, adeò vt volatilia alcalia, fuliginis a nimirum & omnium animalium, Mercurium candidi & niuei colo-

Arsenicum ( à Paracelso vocatur fuligo



*Hippocrates Chymicus.* 33

ris ex dicto soluto præcipitent, metallorū)  
fixatum  
cum nitro,  
& resolu-  
tum non  
excipitur.  
quæ omnia in progressu clariora  
evadunt.

Sic Mercurius à Balsamo sa-  
mech præcipitatus, cadit niuei  
coloris, parum in flavedinem  
vergens; cum verò affuderis plus,  
quam eius naturæ confert, tunc  
rutilat.

Salsa autem cuiuscumque sunt Balsamū  
samech.  
generis, Mercurium non præci-  
pitant ex dicto soluto, & quò sal-  
fis viciniora minùs acidis nocent.

*En Exempla.*

**A**lcali salis petræ, licet eius  
prima origo ex alcali vri-  
næ; cum sulphure autem, in al-  
cali fixatum (sapidque ideò quo-  
dammodo falsum) Mercurium  
sic solutum turbat quidem, non  
autem præcipitat. Cum verò  
huic mixturæ pulverisatæ, &  
priusquam deflagrat, additur al-  
cali quoddam fixum, & exsicca-  
tum (tartari) supraque blando  
igne teneatur, tunc sulphur pri-



mò liquat , & pingue acidum sulphuris ad fugam se præparans, ab alcali quoque pingue auidè combibitur, vt in lactis sulphuris præparatione ( humidâ viâ ) contingit : perdurante interim calore liquatur etiam nitrum, cuius sulphurea & inflammabilis pars associatur suo simili, sulphuris nimirùm pinguedini; imò auidè ab alcali excipitur ( cuius media pars respectu specierum sufficit , vt a nitri partes tres, Alcali tartari partes duas , sulphuris pars vnica ) fitque salsum. In falsa hacce massa bullit vterque sulphur , igneque perseuerante & aucto flammam concipit, quæ tunc in accensione, angustum locum in sale non perfert, adeòque cum fulmineo fragore in auras erumpit. Hæc sic se habere docet relictum aliquando alcali, præsertim quando non in concauo, sed in plano, & longâ morâ accenditur; quod ab acidis spiritibus, in salsum

a Sal ful-  
minansq



*Hippocrates Chymicus.* 35  
mutatus, & Mercurium amplius  
præcipitat.  
Obiter hic. Quod

*Ex hoc fundamento, etiam*  
**CERAVNOCRISON**  
*strepitum edit.*

**S**piritum enim nitri, in alcali  
tartari nitrum fieri alibi osten-  
di. Aurum est ferè totum sulphur  
( suo modo ) vt suo loco mecha-  
nicè quoque demonstraui, ob id  
non corroditur ab acidis. Auro  
itaque soluto, in aqua falsa, ex  
nitro, alumine & sale armoniaco  
vel communi, si paulatim ( non  
cõfertim ) alcali quoddam instilla-  
ueris, acidus spiritus nitri ( spi-  
ritus aluminis vel vitrioli in aquæ  
fortis distillatione non ascendit )  
in alcali vacuo sibi corpus assu-  
mit, & fit naturale nitrum. Ni-  
trum autem sulphureum a auro  
sulphureo ex similitudine, in hu-  
mida via facile adhæret, & com-  
miscetur aded, vt nullâ adhibi-

*Aurum  
fulminans*

*a hæc est  
causa quod  
Aurum in  
spiritu salis  
solutum &  
idem alcali*



precipita-  
rum non fit  
fulminans,  
redit enim  
in sal quod  
flamma re-  
sistit.

tionis arte separentur, id est, cum acidum nitri ab alcali combibitur; coagulatur in nitrum naturale, quod reperit sulphur in auro soluto; cum illo, eisdem scilicet mores habens, ut utar verbis Hippocr. coagulum suscipit, ut in calce ostendi. Cum vero plus de alcali affuderis, ut nitri gradum superet, tunc etiam nitrum in alcali deflectit, & aurum fulminans amplius dici non potest, quod in progressu clarius. Nunc unde digressus redeo.

b Anatron  
Crollio in  
lapide me-  
dicamento-  
so. Suin de  
verre Gal-  
licè.

Sic etiam fel vitri b eundem contraxit saporem; ex aciditate silicis fit falsum, Mercurium enim planè non præcipitat.

Talci liquor ( non oleum, ut vult ignara vulgi turba, flammam enim non concipit ) Mercurium ex sua sede non mouet: ut neque.

Salia ex herbis diureticis omnibus, stipitum fabarum, genistæ, Hypericonis, Herniariæ, vrticæ &c. omnes, inquam, sunt acido-salû, & Mercurium ex dicta solutione



*Hippocrates Chymicus.* 37

lutione non præcipitant, cum  
verò alcalizantur acri flammâ  
aut fusione, tunc cadit rubidus.

Hinc liquet, quod veterum  
ille doctissimus, qui vitrum ig-  
nitum in cineribus stipitum fa-  
barum extinguere iussit, & non  
in sale eius, rectè vitri vstionem  
instituit: ne nimirum ab impe-  
rito Reformatore, sal impruden-  
ter alcali naturam indueret, de  
quo suprâ dixi *Cap. 5.*

Salia cinerum, ex classe vulne-  
rariarum, vt betonicæ, Agrimo-  
niæ, pyrolæ, veronicæ, stellaris  
Alchimillæ &c. omnes fundunt  
planè falsum salem, ob id vitri-  
ficatione inepta, & Mercurium  
non præcipitant, qui eiusdem est  
saporis, vt dicetur suo loco. Om-  
nia autem dicta salia per fusionis  
ignem, mutant naturam, fiunt-  
que alcalia, vitrificantur, & Mer-  
curium præcipitant rutilum.  
Hinc Zoar super Exodum no-  
tat, quod ex quouis cinere vi-  
trum paratur: id est, quando  
in alcali reducuntur.



Salis con-  
stancia. De  
illo dici  
potest: pro-  
basti me per  
ignem &c.

Sal commune Mercurium ex dicta solutione non præcipitat; & licet per longum tempus, & celeri flammâ concremaretur, nunquam fieret alcali, vt neque sub digestionem mutat naturam, est ergò ex omnibus perfectissimus, & non sine singulari prærogatiua ab Helmontio, *salium summus*, vocatus.

Sic sal ex viperis Mercurium non præcipitat, nisi rursus acidum & alcali ab inuicem separantur, de quo infra.

a fol. 188.  
pharmac.

Sal absinthij, est ex acido salis, propterea Mercurium non præcipitat, vt neque spiritum vitrioli absorbet, sicuti docet Reformator a sub titulo *Spiritus vitrioli coagulatus*; cum vero alcalizatur, Mercurium præcipitat flauum, & tunc etiam acidum spiritum vitrioli absorbet & vitrificat.

Hinc discitur fortiori igne, quàm rei natura fert fixari, & in neutrum verti. Fiunt itaque quàm plurima solo ignis regi-



*Hippocrates Chymicus.* 39

mine, non quidem vt ex orco  
in lucem auctum generentur,  
vt credit vulgus, huius Hippo-  
craticæ doctrinæ ignarus, sed  
saltem simplici alteratione sub-  
iecti, vt docet meus Hippocra-  
tes *b* illique sciunt, qui inter-  
num cum externo harmonicè  
coniungere norunt.

*b libr. 1. de  
diata.*

Sic quoque citra ignem, mu-  
tantur salia in diuersam à natiui-  
tate naturam, vt: confunde pro  
exemplo liquorem salis absinthij  
non alcalizati cum rosmarino,  
solutio fit lactea, & ambo in  
neutrum coagulantur.

Hoc ex fundamento procedit  
Lazari Riuerij Febrifugum, ha-  
ctenus paucis cognitum, nobis  
tamen licet illud nonnihil mani-  
festius declarare. Fit, inquam,  
ex vnico subiecto, alcali repræ-  
sentante, & binis acidis, omni-  
bus ignem nondum expertis; sed  
per exaltationem toties repeti-  
tam, donec ex nigredine iterùm  
in candidissimum volatile salsum  
artificiale, gustui non ingratum.

*Riuerij Fe-  
brifugum.*



conuersum videas , cui postea additur quartus athlera ( id est diagridium ) vt constat in processu.

Sed quis potest metamorphosin enarrare , quæ ex salium permutatione exoritur ? accedentibus illis hac , his verò illuc , & inter se permixtis , vt Hippoc. docet. *A*

*lib. 1. de diara.*

*Alcali Fuliginis fit sal.*

Notandum , quod sal Fuliginis ex vegetabilium profapia oriundus , Mercurium ex dicta solutione candidum spongiosum & leuem præcipitat , sicut omnium animalium alcalia volatilia , vt dicetur : sin verò in salia conuertuntur , tunc non cadit amplius.

Hinc concludere licet , quod ferè herbæ omnes oleosæ & quæ calidæ appellantur , & sunt pingues , leui & simplici incineratione sal alcali edunt : cui si Hippocraticus propriam reddit pinguedinem , conuertuntur arcana coctione in falsum admirabile ; quod tunc Elixir paruum



*Hippocrates Chymicus.* 41  
vocatur à nostris *b* magnarum  
virium in medicina, de quo suo b Vide Ri-  
pleum, Bas-  
conem, &c.  
loco. Reliquarum herbarum sa-  
lia vel in imperfectè salsa vel in  
acida deflectunt; & acri flammâ,  
aut fusionis igne in alcali vitri-  
ficans reducuntur.



*Fusoria ars porro, alcalia &  
acida absorbi docet.*

#### C A P V T V I I I.

**O**Mnia mineralia, cuiuscum-  
que sint generis, quæ me-  
tallica corpora absconsa gerunt,  
associata sunt acidis ( sulphure  
nimirum vario ) quæ impediunt,  
quominus metallum ab impuri-  
tate fodinarum segregari possit.  
In hac angustia necesse est confu-  
gere ad alcalia, quæ celerem præ-  
stent opem.

In pulverem itaque reducunt  
minerale, idque alcali commis-  
cent, ac in crucibulo fundunt;